Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

In habitabo in illis. et inter eos ambulabo. A cui conspectu fugit
ce- lum et terra. Hoc est quod ipse dns dic. Celum et terra transibunt.
uerba autem mea non transibunt. Transibunt autem celum et terra. non
ut ce desinant. sed immutabuntur iuxta quod Paulus dicit. Pre
teriit figura huius mundi. Erit enim tunc celum nouum. et tra noua.
Fugient quippe ab conspectu iudicis. ab ea specie quam nc habebi.
et ostendent pulchritudinem quam nunc celant. Unde et in hac
eadem apokalypsi dicit. Vidi celum nouum. et terram nouam. primum
enim celum et prima terra abiit. Ignis enim comitabitur dnm aduen
tum. quia tantum spacium aeris occupabit. quantum occupant aqua
diluuii. quando quindecim cubitis fuit supo omnis montes qerant
sub uniuerso celo. Inter hec autem sciendum. quia quidam minus
caute diuina scriptura considerantes. prius dixerunt celum
et terram transire per ignem quam iudicium fieri. Quidam u affirmant
prius futuram resurrectionem. deinde celi et terre innouationem
Sed et hos et illos minus cauta conspectio fefellit. Quod paulus mani
festat qui dicit. Dies dnm declarabit. quia in igne reuelabitur:
Et dauid. Ignis in conspectu eius ardebit. et in circuitu eius tempestas ualida.
Simul enim dns ueniet ad iudicium et mortui resurgent. et elementa
igne soluentur. atq; omnia do iudicante per ignem cum aduersarios
ignis inuoluerit. et in infernum dimerserit. atq; electos ad reg
num permiserit. tunc celum et terra noua parebunt. Quod nos qq;
exemplo colligimus. qui hiemalium dierum reuolutionib; uer
num tempus habundantiore solis lumine superius splendescere
uarietate florum interius candescere uidemus. Hinc dns
in euglio. Regnum celorum estati comparat. Et locus pristine sub
auditu uisionis non est inuentus ab eis. Ac si diceret. Figura pre
riit. natura manet. Hinc Paulus dicit. Preteriit figura huius
mundi. Possumus et per celum intelligere animas sanctas. per terram u
corpora illorum que tunc non solum incorruptionem corporis uerum